Le
Guichet François.
SIVE
JANICVLA ET BREVIS INTRO-ductio ad Linguam Gallicam.

Πυλαίτης

Κέρυ ἀνεῳγότος ἔσι πυλαωρὸς ἄμεμπτος.

Quod libris dedicatur & in exemplum editur, terſum ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportet, quòd veniat in manus doctorum, & iudices artis habeat artifices. Quintil. lib. 12. cap. 10.

Eſcrire apres tant d'excellentes plumes n'eſt que retiſtre la toile de Penelope. Joachim du Bellay de l'Illuſtration de la langue Francoiſe. *Lib. 2. cap. 8.*

Sanford Q. 1 K

OXONIÆ,
Excudebat Ioſephus Barneſius. 1604.

Le

Guichet François,

OU

NOUVELLE ET BRIEVE INSTRUCTION

de la vraie Langue Gallicane.

BRITISH MUSEUM

OXONIÆ,

Excudebat Iosephus Barnesius. 1604.

ORNATISSIMO VIRO D. DOCTORI
BONDO Collegij Magdalenensis Dignissimo Præsidi,
Patrono & Mecenati suo longè optimo.

Vit illud seculum, Ornatissime vir, attestante Spiritu Sancto, quando *universa terra erat labij vnius*. Deus enim qui *non est author confusionis & tumultus, sed pacis* & vniratis, voluit suæ in terris familiæ quam ad sanctã vitæ societatem collegerat, vnum illud idiôma proprium esse, quod (si Iohanni Bolezæo credimus) *in cælis Angelorum & beatæ vitæ lingua est*. Effecit tamen hominum vesana ambitio, cur Deus postea ad turrim Babel linguas hominum confuderit; vt *sicut antè linguæ vnitas cohabitationem fecit* (inquit Chrysostomus) *ita nunc linguæ diversitas eos dispergeret*. In cuius rei memoriã *Heber* apud quem Hebręæ linguę puritas remansit, filio suo, ex re natâ, nomen *Peleg* imposuit quod divisionem significat, *quia in diebus eius* (ex divisione nimirum linguarũ) *divisa est terra*. Decurso tandem ad Christi vsq; tempora multorũ seculorũ spatio adimpleri cœpit, illa Esaię prophetia quâ vaticinatur futurũ aliquando, non quod Iudęi loquerentur linguâ *Asdodeâ*, sed quod *ipsæ civitates terræ Mizraim* sive Ægypti *loquerentur labio Canaã* vel Israelis, hoc est quod Gentes per Evangelij annũciationẽ in vnitatẽ fidei coalescerẽt, omnesq; idem clamarent Abba Pater. Hoc tum præstitit Deus, cũ Apostolos suos mirabili illo linguarum dono instruxit, & hanc linguarũ diversitatẽ quæ in initio *Seminariũ erat omniũ malorũ*, vt ait Lutherus, ad Ecclesię vtilitatẽ ita sanctificavit, vt propterea Apostolus Paulus non dubitârit eam

Gen. 11. 1. 1. Cor. 14. 33

In epistola ad tabulas in linguam Sacram.

In Gen. Hom. 29.

Gen. 10. 25.

Esai. 19. 18. Neh. 13. 24.

Rom. 8. 15.

In c. 11. Gẽ

1. Cor. 11. 10

Spiritui Sãcto asserere atq; inter eius dona numerare. Nõ enim (id quod aliqui perperàm existimant) Apostoli suâ tã-tùm vsi sũt linguâ vernaculâ, quæ ab Auditoribus miraculosè ita est accepta, vt singulis viderentur suâ loqui linguâ; Quomodo ferũt Mãna omnis saporis suavitatẽ in se habuisse & vniuscujusq; voluntati & palato deservisse: Constat enim eos locutos fuisse *linguâ & linguâ* vt Syrus habet, id est vt *Marcus* interpretatur *linguis novis*. Facessant igitur ij qui sicut nihil pensi habent, vt trũ bonę artes vivãt spirẽtque an animam agant; ita etiam linguarum cognitionẽ penitus aversantur. Sciant illi homines (si modò homines) se dũ ita faciunt Spiritui Sãcto inferre iniuriã. Sermonis vsũ homini datũ fuisse ad vitæ societatem tota Zenonis Porticus Philosophatur; Linguarũ etiam cognitionẽ in Ecclesiâ esse perneccssariã, pro documento esse possunt magna illa lumina, Epiphanius qui πεντάγλωττος fuisse fertur. Iohannes Reuchlinus sive Capnio qui trilinguis Phoenix à Michaele Neandro appellatur. Guilielmus Postellus quindecim linguarum gnarus, alijq; non pauci quorum *buculâ nos hodie aramus*, quorumq; laboribus vtimur fruimurq;, indigni tamen tanto beneficio censendi, si ingrati reperiamur. Ad reip. negotia quod attinet, mercatura & reciproca officiorum commutatio, sine hac cognitione exerceri non potest, testantur enim Plinius & Strabo in Dioscuriadem civitatẽ nobile Colchorũ Emporiũ πεντηκόντα ἔθνη ἑτερόγλωττα 300. nationes dissimilium linguarum convenisse; quos inter Romani centum & triginta habuerunt interpretes ad sua ibi negocia peragẽda. Nec mirũ inquit Isaacus Caula bonus, quando in vna Albania 26. fuisse legimus. Principes autem qui ad clavum reip: sedent, Regniq; Proceres & Magnates qui secũdum eos maxima capessunt munia, non leviter hac peritiâ tinctos esse decet, sed exquisitè

Eras. in Para. in 2. Act.

Sap. 16, 20. 21.

Act. 2. 4. Marc. 16. 17

Cic. de offic. li. 1.

Neand. in Ep. ad Grã. Hebraic.

Iud. 14. 18.

Plin. l. 6. c. 5 Strabo l. 11 fol. 343.

In cõment. in Strab. li. 11.

sit doctos, ne cogantur alienis oculis cernere, & alienis pedibus incedere; Hinc Mithridates, vt testantur Historię, ex 22. gentibus quibus imperitabat singulas suâ linguâ pro Concione sine interprete est allocutus. Piaculum hic esset tacere laudes *Serenissimæ Elizabethæ Reginæ nuper nostræ beatissimæ memoriæ Principis*, de qua non alio vtar testimonio, quâ quod Mercurius Gallobelgicus sive is quicunq; demum sit qui illius Historiâ ad nostra vsq; tempora deduxit & pertexuit, homo exterus & rebus nostris alioqui fortassis parùm æquus, de eâ perhibuit his verbis. *Fuit illa fœmina præter multas corporis dotes supra sexum prudens, benefica, multisq; literis expolita. Nã Græcã & Hispanicã linguam mediocriter callebat, Latinæ verò, Gallicæ et Italicæ peritiâ cũ doctissimis viris contendebat. Vno certè et eodem die tribus maximorum principum Legatis, Latinè vni, alteri Gallicè, tertio Italicè respondere audita est.* Neq; illud etiam dissimulandum est (quæ nostra rursus est felicitas) *Potentissimum Regem nostrum Iacobum*, præter Linguas Græcam et Latinam peritissimè et expeditissimè Gallicè loquì, quo in genere, lis est, supereturne ab *Augustissimâ Annâ Reginâ* necne, quæ longo vsu & iugi exercitatione hanc linguã videtur sibi reddidisse vernaculã. Proferre possem Nobilissimos vtriusq; gentis Heroas, inter quos ferè nemo non Gallicè & Italicè loquitur. Lectissimas etiam fœminas & Illustres heroinas *D. Arbelam, Comitissas Bedfordiæ & Pembrochiæ* Gentis nostræ *Cornelias & Fulvias*. Quo magis ego nunc meo erga hanc linguam amori indulgeo, cùm videam eam Principũ fieri delicias. Ad quam etiam Populares meos sedulò & libẽter hortor, nimirum vt hanc linguã sibi subsidio cõparẽt, sive peregrè cupiant animi causâ proficiscì; aut ad exteras nationes legationẽ sint obituri: seu ad huius Regni ius Municipale animum

Plin. li. 7. 24.

Tom. 4. fol. 470.

Catharinus Dulcis epist. ad Instituc. in linguam Ital.

nimũ appulerint; aut deniq; voluerint Hiſtorias cõſcriptas noſtro populari ſermone (vti nũc eſt Gallicanis vocabulis admodũ locupletatus) ſine morâ legere; illaſq; loquẽdi formulas cognitas habere, quæ ſunt in ore vulgi frequẽtes ſed parùm intellectæ. Quod ſi qui adhuc fuerint homines ſubmoroſi qui hanc aliaſq; linguas pergent faſtidire, noſtrũq; hoc inſtitutũ improbare, fugiant illi omne cũ hominibus doctis cõmerciũ, ſecedant in ſylvas & ſolitudines vbi aviũ edocti linguas, cum *Divo Franciſco* inter picas & graculos etiã & cicadas ſermones ſerant; aut cũ *Pythagora* inter *Dauniæ vrſas* & *boves Tarẽtinos* diſcant *Coiſi* bovatim loqui, Illis enim ego hanc meã nõ navo operã. Hae mea qualicunq; Synopſi volui Liberalioribus ingenijs ad linguã Gallicam munire viã; quorũ vtilitati vt inſerviam memet accomodavi, atq; in eã rem talentum me accepiſſe fateor; Talẽtũ enim accepit, inquit *Paulus Phagius*, qui donum aliquod accepit quo alijs quoquo modo vſui eſſe queat. Hoc quicquid eſt *Noctium Gallicarum*, Nomini tuo nũcupo & inſcribo *Digniſsime Præſes*, ſub cuius auſpicijs in ampliſſimo Magdalenenſi Collegio bonarũ artiũ & linguarũ ſtudia fervẽt, & ad cuius ædes multa Generoſulorũ pubes quotidie confluit, quorũ plurimũ intereſt hanc linguã addiſcere. Addo etiã voluiſſe me apud Dignitatẽ tuã ſub cuius vexillo mereo militoq;, extare rationẽ ſtudiorũ meorum, quã vt boni cõſulas obnixè rogo & efflagito. Deus Opt: Max: Dignitati tuæ omnem animi atq; corporis ſalutem & incolumitatem largiatur, Spirituſq; ſui dona & Chariſmata indies in te magis magiſq; adaugeat.

Lib. de Cõſorm. S. Frãciſ. vide Steph. Apolog. cap. 34. Iamblic. l. 1 cap. 15. Politian in lamia.

In epiſt. ad exegeſin in 4. cap. Gen.

Tua Dignitati

Deditiſsimus

I. Sanfordus.

Ad Gallicæ Linguæ Studiosum Lectorem.

VIdeo plerosq; ferè omnes qui aliquo ducũtur linguæ Gallicæ desiderio, nescio quâ legẽdi ac pronunciandi difficultate temerè apud animos suos cõfictâ, cùm eam vixdũ a limine salutârint, tanquã Gorgone obtẽtâ horrescere, resilire & pedẽ referre, Clamant monstrum hîc & portentũ apparere, secus quàm in alijs linguis fieri cõpererint: extare nimirũ in singulis penè vocibus literas aliquot scriptas, satis ad speciẽ vivas & pulchras, quoad sonũ ne mutiscentes quidẽ & planè mortuas. Certè non est hæc illorum tantùm querimonia qui ad hanc linguã hospites et inquilini confederunt; exercuit ista cogitatio viros insigniter eruditos, eosq; quos Gallia & suos & rei literariæ primarios Antesignanos & Coryphæos agnovit & indigitavit; inter quos libenter cõnumerabo *Ludovicum Meigret*, *Iacobũ Peletier*, *Ioannem Antonium Baïffium*, & *Petrum Ramum* virum ad Artes refingendas & reformãdas cælitùs destinatum. In quarũ totâ Encyclopadiâ & immenso quasi Oceano, ita est versatus, vt se non bajulum aut remigẽ, sed Delium planè natatorem, vrinatorem plusquã Indicũ liquidò ostendit: ita omnia singulari industriâ perreptavit, admirabili ingenij acumine excussit & eventilavit, exactissimoq; & emunctoiudicio tãquã ad aurificis statẽrã, ad Polycleti normam & Critolai libram expẽdit et examinavit, vt nihil fieri potuit suprà. Eadem diligentiâ vsus est in Matricibus linguis Græcâ & Latinâ castigandis, sed in sua vernaculâ emendãdâ illius egregius labor non successit. Cùm enim in literis adynamis exterendis totus occupatus, novam Orthographiam meditaretur cœpit illius conatus eximijs & præclaris quibusdã in Gallia viris nõnihil displicere; è quibus vnus, vir magni nominis Ste-

phã-

Censent quidam aut ita proferendum vt scribimus, aut ita scribendum vt proferimus quod quidam linguę Gallicę scientissimus tentat, sed vereor ne laterem lavet. Iob. Pilotus fol. 14

Lib. 3. Epist. 4. *phanus Paschasius* non dubitavit illum stylo & calamo perstringere, illiq; violatæ Antiquitatis dicam scribere. Speciosū est primâ fronte illud quod asserunt, & veritatem præ se fert, Scripturam nimirum esse sermonis Picturā & imaginē, ideoq; debere ad illā per omnia conformari. Hoc non auderem diffiteri & inficiari, nisi eam esse linguę volubilitatem animadverterim, quę breviùs & substrictiùs id enūciat, quod si manus describeret, fusiori scriptione vteretur, quod in istis loquendi formulis apparet, vt cùm dicimus Anglicè *t'is t'will* pro *it is, it will*: Gallicè *stomme* pro *c'est homme*. Italicè *stamane* pro *questa mane*. Huc accedit, quod ipsi huius Orthographiæ Architecti non rarò inter se dissentiant, Cùm enim ex varijs Gallię partibus & Provincijs oriundi, diversis inter se vtantur Dialectis, fit vt communi sermoni aliquid nonnūquam appingant, quod balbum illud suum & nativum idiōma sapiat, quodq; popularis linguæ castitatē adulteret. Contendunt iterū, otiosarum istarum literarum farraginem, exteris in pronunciatione negotium facessere & remoram injcere. Esto; cavēdum tamē est, (vt rectè monet Robertus Stephanus) ne dum illorum commoditati consulimus, manifestam injuriam linguæ afferamus; id quod fiet multifariā; primò enim deformabitur vocum Etymologia vt non possis dignoscere ex quâ tribu & familiâ sint oriundę. Nam si ex istis vocabulis *estè, fabve, fiebvre* literæ Characteristicæ S & B (sic enim appellare libet) non amoveantur, eorū Parentes facilè ex filo corporis esse conijcies istas Latinas voculas *Æstas, faba, febrè*. Secundò verborum personę non Distinguentur, nam si ex tertiâ plurali *Ilz parlent Francois* literæ supervacaneæ *N* & *T* auferantur, quod fieri necesse est, ob liquescentiam finalis Consonantis si alia subsequatur consona in initio dictionis, non distingueretur ab ista locutione *Il parle Francois*. Vbi illud tertio loco occurrit observandū, quod loco citato advertit *Paschasius*, quod numeri etiam cōfundentur, nam in istis formulis *Il parle Francois*, & *Ilz parlent Francois*, dictio *Il* vtrobiq; eodē modo sonat. Neq; hic illud dissimulandum est, quod *Accordus* asserit, nempe quod tametsi fieri illud posset, quod novatores isti volūt, non esset tamen ferendum, propterea quod in publica cōmoda immane quantum peccaretur, cum post annos centū futurū esset, vt vix quisquā sciret legere edicta Prætoriana, Regum Diploma-

Resp. Beza de pron. linguę Franc. fol. 7. Ratio. 2. Resp. In Epist ad Lector. 1. 2. 3. Bigar. cap. 2. 4.

ta

ta, aliaq; Instrumenta publica in Acta relata, & in Archivis Regni reposita & recondita. Ideoq; non immeritò aversatur istos quos è suâ (si Dijs placet) Orthoëpiâ, appellat per iocum *Noveaus écriturs*. Vidi ipse librum quendã, cui titulus est *La Tricarte*, in quo, Author profitetur se velle scribere secundum prolationem, *en plus pres qu'il sera poucible*, vt ipse loquitur; in quo legendo, vix potui interdum ariolari, quid sibi Author velit, tantũ est vbiq; ineptiarũ; *Ex vno loco discite omnes*. Pag. 24. Sic scribit. C. de Taillemont Lyonnois.

Mes qi beautè chécune pancera. Virg. AEnead. 2.

Pór totes troes m'èt vèuus sosizance. Quàm insulsa sit hæc scriptura, iudicent ij, qui in hac linguâ progressus aliquos fecerint; ne reliqua insecter; Vnũ hoc *Qi*, abusq; *Evandri* & *Nicostratæ* ætate petitũ videtur. Paschasius enim alibi observavit, fuisse olim Romę aliquos, qui vt viderẽtur alijs peritiores, scribebãt *Qie, Qeret, Qabtas*, propterea quod litera *u*. naturaliter lateat inclusa in potestate literæ *Q*; id quod eius figura videtur indicare, cùm sit cõflata ex *C* & *Q* hoc modo *Ꝙ* quam ob causam, eam Galli appellant Cu, vt interim hic taceam *Aeoridj* facetias. Non est itaq; novum & inauditũ, quod Galli secùs scribant quàm proferant, cum hoc ipsum Latinæ linguæ accidisse *Augusti* tempora satis indicant; qui vt refert *Suetonius*, eorũ opinionẽ secutus est, qui perinde scribendũ, ac loquendũ est, existimarunt; quã tamen Cæsaris sententiam, ea quæ secuta est *Neronis* ætas, susq; deq; habuit, & prorsus repudiavit; quando aliter enũciabantur ea quæ scribebãtur, vt *Quintilianus* ostendit, tantum vsus potest polletq;, *quem penes arbitrium est & ius & norma loquendi*. vt rectè *Horatius*. Regũ qui intra ditiones suas omnia possunt, hîc tamen penitus hebescit authoritas, cũ soli populo liceat sermonẽ, cuius ipse magister est ac dominus, pro arbitrio mutare ac fingere. *Chilpericus* Francorũ rex, vt author est *Gregorius Turonensis*, ad scripturæ cõpendiũ, adiecit Gallico Alphabeto duplices consonantes Græcas θ, χ, φ, ξ, ψ vt vnico tantum Charactere vterentur; missisq; per vniversas civitates literis iussit, vt sic pueri instituerentur, libriq; antiquitùs scripti, pumice politi & complanati rescriberentur, sed Populi cõsuetudo & Mos tyrãnus, hoc Principis edictum post eius mortem citò induxit, antiquavit & abolevit. Quare non dubitabo cum *Quintiliano* sic loqui; *Ego, nisi quod eius consuetudo obtinuerit, sic scribendum*

Fol. 3. In Octavi 88;

Des Recherches lib. 6: c. 58:

Lib. 1. c. 12 in Arte Poet.

P. Mart. in Technol. Fol. 8.

Li. 5. ca. 44.

Ibid,

dum quidq; iudico, quomodo sonat. Hic usus est literarum vt custodiãt vocem & velut depositum reddant legentibus. Sed cùm in hac linguâ alia inoleverit & invaluerit consuetudo, (*Consuetudinem autẽ sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut vivendi, consensum bonorum*, vt ipse alibi) vix patiar hos quasi agrorum limites & terminos, à veneranda Antiquitate fixos & positos à quoquam revelli; contra cuius rugam, caniciem, & authoritatem qui audebit quicquã tentare, prodeat Locrẽsium more collo in laqueum inserto, malè mulctãdus nisi Rogationẽ & Legem suã suaserit. Hoc quicquid est quod damus opusculi, in illorum gratiam potissimùm composui, quos privatim instituẽdos susceperam. Quod propterea typis excudendum obtuli, quod viderem eos describendi tædio defatigari, & de|tanti laboris molestiâ nonnihil conqueri. Materiã & segetem operis, congessi ex probatissimis quibusq; in hoc genere Gramãticis, ingenuè professus per quos profecerim. Verèq; dicere possum cum Iusto Lipsio *Omnia mea & nihil meum.* Hoc enim tantũ pẽsi habui, studere brevitati & ordini. Vtcũq; facilè patior cum eodem Fabio, vt *iudicium suum Grammaticus interponat his omnibus.* Tu (Benevole lector) siquid hinc in tuam vtilitatem decerpere & delibare possis, vtere & fruere, & benè vale.

Lib. 1. c. 11:

Bodin. de Rep. l. 4. c. 3

In prefat. ad Polit.

Ibid. cap. 12

De Pronunciatione Linguæ Gallicæ.

CAP. I.

TRancorũ vt ingenia valdè sunt mobilia, ait Magnus ille *Theodorus Beza*, ita quoq; pronũciatio celerrima est, nullo consonantium concursu cõfragosa, non vasto vocalium sono hiulca, paucissimis longis syllabis retardata, eodem tenore semper volubilis, in qua ad evitandam omnem asperitatẽ, literæ molliter & quasi negligenter efferuntur. Quod autem plurimæ sint literæ quiescentes, cogimur vel inviti, in re ista vt in alijs multis, Consuetudini impio tyranno, aliquid concedere, & præstare ita videur, inquit Pilotus, quàm dum omnia ad vivum resecare studemus, illa confundamus, & pro certis incerta reddamus. Vsus jam aliquot luxuriantes literas resecuit, & tandem forsasse omnes resecabit. Interim dum hoc fiat, nos de literis prout movemur, vel mutæ silent & quiescunt, pauca suo ordine præcipiemus. De Pronũc. fol. 10. fol. 14.

Literæ sunt in hac lingua viginti duæ.

A, b, c, d, e, f, g, h, i, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z.

Dividuntur autem { 1 *In vocales, A, e, i & y, o, u.*
{ 2 *In Consonantes, quæ sunt reliquæ omnes.*

De vocalibus, earum q; passionibus, de q; ex eis conflatis diphthongis.

A. plenè enunciatur, accedente farè eius sono ad *au* inquit Bellotus. Vt *chambre* cubiculum, tanquam *chaumbre*. Aliter itaq; Galli hanc dictionem *Dame* Domina proferunt, quàm Angli. Bellotus

E. Duplex est, *Masculinum*, ita dictum, non quod sexus ei tribuatur, plurima enim sunt nominũ fœmininа in hoc è definentia vt *la bonté* bonitas; sed quod exertâ voce & virili sono pronuncietur sicut apud Latinos. Vt autem dignosci possit, signatur, aceemus acuti virgulâ in fine dictionis vt *aimé* amatus; interdũ & in medio. *aiſ ément* facilè. *Paſchaſius* tribuit huic, é, triplicem sonũ, vnũ vt in vltima syllaba Dictionis *Rainé* Nom. prop. alterũ vt in dictione *eſt* vel *est* vt *est bonnus*, hic vir, tertium clariorem & latiorem qualis est Græcorum ε, vt in *c'eſt* vel *c'eſt vn grand homme* magnus vir est. Pilot. fol. 9. Lib. 3. Epiſt. 4. fol. 88.

dum quidq; iudico, quomodo sonat. Hic usus est literarum vt custodiãt vocem & velut depositum reddant legentibus. Sed cùm in hac linguâ alia inoleverit & invaluerit consuetudo, (*Consuetudinem autẽ sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut vivendi, consensum bonorum*, vt ipse alibi) vix patiar hos quasi agrorum limites & terminos, à veneranda Antiquitate fixos & positos à quoquam revelli; contra cuius rugam, caniciem, & authoritatem qui audebit quicquã tentare, prodeat Locrẽsium more collo in laqueum inserto, malè mulctãdus nisi Rogationẽ & Legem suã suaserit. Hoc quicquid est quod damus opusculi, in illorum gratiam potissimùm composui, quos privatim instituẽdos susceperam. Quod propterea typis excudendum obtuli, quod viderem eos describendi tædio defatigari, & de|tanti laboris molestiâ nonnihil conqueri. Materiã & segetem operis, congessi ex probatissimis quibusq; in hoc genere Gramãticis, ingenuè professus per quos profecerim. Verèq; dicere possum cum Iusto Lipsio *Omnia mea & nihil meum.* Hoc enim tantũ pẽsi habui, studere brevitati & ordini. Vtcũq; facilè patior cum eodem Fabio, vt *iudicium suum Grammaticus interponat his omnibus.* Tu (Benevole lector) siquid hinc in tuam vtilitatem decerpere & delibare possis, vtere & fruere, & benè vale.

Lib. 1. c. 11:

Bodin. de Rep. l. 4. c. 3

In prefat. ad Polit.

Ibid. cap. 12

De Pronunciatione Linguæ Gallicæ.

CAP. I.

TRancorũ vt ingenia valdè sunt mobilia, ait Magnus ille *Theodorus Beza*, ita quoq; pronũciatio celerrima est, nullo consonantium concursu cõfragosa, non vasto vocalium sono hiulca, paucissimis longis syllabis retardata, eodem tenore semper volubilis, in qua ad evitandam omnem asperitatẽ, literæ molliter & quasi negligenter efferuntur. Quod autem plurimæ sint literæ quiescentes, cogimur vel inviti, in re ista vt in alijs multis, Consuetudini impio tyranno, aliquid concedere, & præstare ita videur, inquit Pilotus, quàm dum omnia ad vivum resecare studemus, illa confundamus, & pro certis incerta reddamus. Vsus jam aliquot luxuriantes literas resecuit, & tandem forsasse omnes resecabit. Interim dum hoc fiat, nos de literis prout movemur, vel mutæ silent & quiescunt, pauca suo ordine præcipiemus. De Pronũt. fol. 10. fol. 14.

Literæ sunt in hac lingua viginti duæ.

A, b, c, d, e, f, g, h, i, j, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z.

Dividuntur autem { 1 *In vocales, A, e, i & y, o, u.*
{ 2 *In Consonantes, quæ sunt reliquæ omnes.*

De vocalibus, earum; passionibus, de; ex eis conflatis diphthongis.

A. plenè enunciatur, accedente farè eius sono ad *au* inquit Bellotus. Vt *chambre* cubiculum, tanquam *chaumbre*. Aliter itaq; Galli hanc dictionem *Dame* Domina proferunt, quàm Angli. Bellotus

E. Duplex est, *Masculinum*, ita dictum, non quod sexus ei tribuatur, plurima enim sunt nomina fœminina in hoc è definentia vt *la bonté* bonitas; sed quod exertâ voce & virili sono pronuncietur sicut apud Latinos. Vt autem dignosci possit, signatur, accentus acuti virgulâ in fine dictionis vt *aimé* amatus; interdũ & in medio. *aiſ'ment* facilè. *Paſchaſius* tribuit huic, é, triplicem sonũ, vnũ vt in vltima syllaba Dictionis *Reiné* Nom. prop. alterũ vt in dictione *eſt* vel *est* vt *est homme*, hic vir, tertium elatiorem & latiorem qualis est Græcorum η, vt in *c'eſt* vt *c'est vn grand homme* magnus vir est. Pilot. fol. 9. Lib. 3. Epiſt. 4. fol. 88.

Ibid. *Fœmininum*, ita dictum non quòd genera distinguat, plurima enim nomina masculina in eo terminantur vt *vnpere* pater; sed quòd sonum habeat imperfectum omnibus penè nationibus incognitum ait Paschasius, nisi quod Hebræorum punctum Sçeua quod raptum vocant illi respondeat ait, Beza. Profertur
fol 13. Fr. School. autem raptissimè vt in secunda Syllaba verbi *Facere*, aut sicut in hac Anglica
fol. 3. locutione *is he come*, Si *e* geminetur in fine dictionis, prius est masculinum vt *destinée* fatum; excipiuntur *fée* fatatus vel faralis & *créé* creatus; quæ in fœmi-nino assumunt tertium *e*. vt *créée* creata *fée* fatata.

Beza fol. 14 *E* si in eandem syllabam coalescat cum *n* vel *n*, pronunciatur vt *a*, vt *enfançe* infantia, itaq; in *an* annus, & *en* in, diversa est Scriptura, pronunciatio eadem vel tenuissimi discriminis. Excipiuntur tamen hæc quæ sequuntur; *Lien* vinculum, *ancien* antiquus, *quotidien* quotidianus, *bien* bene, *chien* canis, *rien* nihil, *vien* venio, *moyen* medium, *doyen* Decanus. possessiva *mien*, *tien*, *sien* meus tuus suus. *Chrestien* Christianus, *terrien* terrenus. Itē omnia nomina Gentilia vt *Savoisien* Sabaudiensis. *Parisien*, Parisiensis.

Ibid.

Beza fol. 69 Postremò excipiuntur *tertiæ personæ plurales* verborum in *ent*, vbi *n* prorsus silet. vt *ilz aiment* amant.

J & *y* proferuntur exiliori sono quam Angli suum. i. pronunciant, eo planè modo quo illi *ee* exprimunt in voce *feeble*, aut sicut *I* sonat in Latina dictione *privilegium*, sic profer *penible* laboriosus.

fol. 16. *J* interdum sit consonans nempe quando preponitur alijs vocalibus in eadē syllabā, & tum illā pingi cupit Beza inferiori parte productā & recurvatā hoc modo *jalousie* zelotypia.

Fol. 38. *Y* Vt recte observavit Beza, perperam scribentium vitio irrepsit in Gallicam scripturam, formamq; eius olim fuisse vt nunc adhuc est apud Germanos, ij duplici apice ei imposito quæ postea facile degeneravit in illam formam quam nunc appellant *ygrecq*. nusquam scribitur nisi in *ay* & *oy* sequente vocali. ac tū quidem divisim pronunciatur vt *iaye* tanquam *ia-y-e*, *ayons* vt *a-y-ons*.

O sonat sicut apud latinos, vt *fort* fortis. Nisi ponatur ante *m* vel *n*, tunc enim profertur vt Græcorum *ou*. aut Anglorum oo in dictione *moone* vt *bonté* bonitas tanquam *boonte*.

fol. 17. *V*. Vocalis, litera est labialis, efferturq;, inquit Beza, veluti sibilo, cōstrictis dentibus interq; compositis, & paululū exporrectis labris efflato. Sonus eius proximè accedit ad tenuitatem, I. vocalis, ait idem Beza, vt propterea veteres Ro-
Fr. Sch. mani promiscuè scripserint maximus & maxumus. Pronūciatur eo plane modo quo Scoti illam sonant in voce *Gud*: Angli in dictione *a Luse*.

fol. 19. *V*. Etiā alijs vocalibus vel r præposita in eadē syllaba, fit cōsonans. Petrus Ramus hunc Characterem *v* consonāti tribuit, istū verò *u* vocali, distinctionis ergō: Dicit tamen Beza, se illius laudare institutum, factum probare non posse,
Ioh. Serreius fol. 3. cum ille prior Character *v*, verum sit Græcorum ypsilon, hic autem *u* antiquus manuscriptus character Græcus literæ Beta. sed de his non admodum laborabimus. Ferri potest hoc discrimen sine magno incōmodo vt *v* Consonantis sit Caracter, *u* autē vocalis. Multus est Beza in restituendo Gallico Digāmate, sicin hoc *v*, appellat; nā quę in F terminātur quod verus est Digamma Æolicū
Fol. 66. vt *vif* vivus & *naif* nativus, cū fiūt fœminina, redit Gallicū Digāma *vive naive*.

De

De Vocalium affectionibus.

Passiones vocalium sũt tres { Apostrophus / Synalœpha / Diæresis sive Dialysis.

Apostrophus est, quo non modo sonus sed ipsum etiam corpus literæ expungitur, signaturq; hoc modo', in compensationem literæ amissæ, huius autem vim patiuntur monosyllaba in, *a*, vt *La'me* anima, pro *la ame*. Monosyllaba in *e* vt *je me, te, se, le, ne que*. vt *J'ay* pro *je ay* exemplapassim occurrũt. Monosyllabũ vnum tantùm in, *ſ*, *ſi*, modò *il* sequatur vt *S'il vient* si venit. Interdũ *e* interciditetiam ante consonantem, vt *la plus grand' part*, maxima pars *sau', voſtre grace*. cum alicui præfamur honorem. Pilotus f. 15

2 Synalœpha est, qua *e*, fœminini subtrahitur & elidiur in fine dictionis si proximè sequens a vocali inchoetur, idq; vbiq; fere obtinet, sitq; euphoniæ causâ, quâ mirum in modum aures Gallicæ delectantur, vt *Fortune eſt aveugle*. Fortuna cæca est, lege *fortun'-eſt*. Pilotus fol. 16.

Excipe { *Primò si oratio distinguatur commate, colo, aut Periodo.* / *Secundò si sequatur* h *mobile vt* vne bellè haquenée *generoſus Aſturco*.

3 Diæresis est qua vocalis, duobus in apice punctis notata, dirimitur a vocali præcedenti, vt *queuë* cauda, *bouë* lutum, pronunciatur *bou-ë* nõ autẽ *bo-ue*. sic Latini scribunt *Poëta* vt distinguatur a *pœna*. vt in *pœna venit*.

Ex vocalibus conflantur Diphthongi & Triphthongi.

Diphthongi quarũ. difficilior est pronunciatio, sũt.

1 *Ai* quæ varias habet prolationes.
- 1 *Vt plurimùm proferitur vt* è *masculi* j'ay, je scay. *maximè in futuris verborũ vt* j'aimeray *amabo*. je ferai *faciam*.
- 2 *Ante* m *vel* n *pronũciatur vt ei diphthongus vt* pain *panis*, faim *fames*, aimer *amare*. Serreius: fol. 6.
- 3 *Ante syllabã*, ne, *latiori sono efferatur instar Græcorum* αι, *vt* balaine *cetus*. fontaine *fons*. sepmaine *septimana*.

4 *Proferitur eo modo quo scribitur.*
- 1 *In Aoriſto prima Conjug. vt* j'aymay. *amavi* j'allay. *ivi* *quæ aliqui per* i *enũciant* j'ally, je marchi &c.
- 2 *Si vocalis eam sequatur vt* j'aye, ayant *tanquam* j'a-y-e. *vt antè dictum est in littera* y.
- 3 *Si* ll *eam sequantur, vt* j'ille *vt pam*, tranquille *tranquila*.

2 *Ao in* Saoul *pronunciatur* sou *fauor. ait Beza. vsqueo Pranci scribebant & proferebãt* paour, *hodie autem efferatur ac si scriberetur* peur *pavor*, *ait idem alibi. Ille autem* paon *pavo*, taon *tabanus vel asilus*, faon *hinnulus, pronunciãtur ton, pan, fan, ut verbum* taonner *intergerit sonũ Diphthongum*. Beza 83. Pilot. 15. Rami Tab: fol. 61. Fol. 69. Fol. 43.

Beza ibid.

3 *Au*, *profertur ferè vt* o *vt* aux *allia*, paux *pali*, *quomodò Angli efferunt* Pauls croſſe.

4 *Oy*, *effertur eo modo quo ſcribitur*, *vt* oiſon *enſeruius*. *Ramus & Peletier*, *hæc voces* roine, alloit, tenoit *&c. ſcribebant & efferebant* reyne, allet *at Paſchaſius hoc improbat.*

Lib 3. cp. 4.

Reliquæ Diphthongi proferuntur eo quo ſcribuntur modo, *ei vt peine* pœna *ie vt fiel* fel; *on*, *vt outil*; *en vt ſeur vel ſæur* ſoror. contendit Beza *ſeur* ſecurus, exterere ſuum *e*, differre tamen ſono a *ſur*. i. auſterus & acerbus vel ſuper. *ui*. diphthongus merè Græca eſt, ait idem *vt buis* buxus, *huis* hoſtium. *oa poale* hypocauſtum.

fol. 50. & Serreius fol. 7.

Triphthongi ſunt *eau* vt beau pulcher. *iei* vt *vieillard* ſenex *ieu* vt *Dieu* deus *oei* vt *oeil* oculus; *oen* vt *voen* votũ; *oui* vt *ouir* audire; *ueil* vt *dueil* luctus; *ueu* vt *gueule* gula.

De Conſonantibus. *Cap.* 2.

fol. 17.

IN Orthographiâ cogimur æquo prolixiores eſſe (vt ingenuè cum doctiſſimo Piloto fatear) propterea quod nulla pars eſt in qua candidati Gallicæ linguæ plus ſudent et ſæpius errent. Obſervavimus itaq; vnam accidere generi omnibus ferè cõſonantibus paſſionem, videlicet liqueſcentiam vel filétiũ, *ſdz*, *vel in* { *Principio* / *Fine.* }

B. filet in Principio dictionis ante j & v. Conſonantes. vt *debvoir* debere, *fobve* faba, *fiebvre* febris, & *ſoubz* ſubtus. Excipè *abieſt*, *objection*, *abiurer*. Ante alias conſonas ſonat quidem, ſed leniter, *obſcur* tanquam *oſcur*, *Subtil* &c.

Beza & Bellotus.

In fine quieſcit in iſtis ſolum vocabulis *plomb*, plumbum, *colomb*.

C Profertur in ce, ci, et cùm caudatum eſt (quod Hiſpani *Cerilla* vocant) vt *ſ*, vt *ceux* hoc, *pieça* olim tanquam pieſſa.

Fr. Sch. f. 10

In ca, co, cu, profertur vt Ka. vt *cacher* abſcondere; interdum tamen ad molliendum ſonum interponitur e, vt *cõmencea cõmencons* ne proferatur *cõmenKa cõmenKons*.

Steph. fol. 6 & Beza 60.

Ch tanquam ſh, enunciatur, vt *cheval* equus velut *ſheval*, exipiuntur nomina propria vt *Chanaan* & iſta appellativa *Cholere*, *Chorde*, *eſchole*, *cichorée*.

Fr. Sch. 11.

D. Quieſcit in initio ante d & v conſonas & m, vt *admoneſter adminiſtrer*, quanquam hoc Paſchaſius negat: excipe *admirer* & *adverbe*.

In fine vt *pied* pes, *bled* ſeges. *Jl reſpond* reſpondet non auditur.

Li 3. epi. 4. Bellot & Beza 65.

F enunciatur in fine, etiam ſequente cõſonante, ſed morâ aliquantulũ factâ in *f*, vt *tardif levrier* leporarius tardus. *bœuf ſalé* bubula ſalſa: *grief mordant* dolor edax. *Serreius* excipit *clef* clavis. hęc autẽ formula *neuf heures* profertur tãquam *neu-veures* hora nona.

Fr. Sch. 10. Ibid. 12.

G ante *e* vel *i* ſonat vt j Conſonãs vt *geſir* iacere, *geline* gallina, *giron* gremium. ante *a &c* antiquum ſuum obtinet, vt *garçon* puer, *gorge* guttur, aliquando tamen ad molliorem ſonum interſeritur e, vt *mangea* comedit, *flageol* calamus agreſtis, vt ſciamus eam non retinere nativum ſuum ſonum, ſed pronunciandã eſſe vt conſonantem j *manja flejeol*.

Steph. 6. et Pilot. 10.

Beza 51. 59

G. Con-

G, ante *n* cornicinũ instar per nares efferur & efflatur, ait Catharinus Dulcis, Linguâ nimirũ palatum pulsante primorumq; dentium radices, intercluſâ tenui ſalivâ, quo ſonus fiat madidior & delicatior ait Pilotus, perinde ſonat acſi i ſcriberetur poſt n: vt *compagnon*, ac ſi ſcriberetur *companion*. Sic *oignon* & *eſpagnol* proferuntur ſicut Anglice *oynion*, *a Spaniard*. Cath. Dulcis Gram. Ital fol. 14. fol. 11.

In *gua. gue, gui*, u quieſcit & proferuntur vt *ga ghe ghi*, vt *guaine* vagina, *guiſe* mos, vt Anglicè *the guiſe*. Excipiũtur nomina propria vt *Guiſe*, *Guillaume* Guilielmus. Item *eſguiſer* acuere; & quæ per diæreſin dividũtur, vt *aigue* acuta *i'argue* arguo &c. Fr. Sch. fol. 12.

H: quieſcit in *sh*: vt *theatre*, *theologie*, *Apophthegme* acſi ſcriberetur teatre &c. Quieſcit etiam in iſtis vocabulis.

Habe habet	*Herſoir* heri ſerò	*Honneſte* honeſtus	*Huis* oſtium
Habile habilis	*Heſique* Hecticus	*Honneur* honor	*Huict* octo
Herbe herba	*Heur* fortuna	*Horloge* horologium	*Humble* humilis.
Hereſie hæreſis	*Hier* heri	*Hoſte* hoſpes	*Hypocrite* hypocita.
Heritier hæres	*Homme* homo	*Huile* oleum	*Hyſſope* hyſſopus
In reliquis fere omnibus pronunciatur.			*Hyver* hyems.

L: poſt diphthongos au & ou ante aliam conſonantem quieſcit vt *aultre* alius *oultre* vltra ſic & *ſiltre* titulus. excipe *poulpe* pulpa. Serrarius fol. 5.

In fine ſonat vt u vocalis, vt *fol* fou ſtultus, *mol* mou mollis, *col* cou collum, *genouil* genou genu, *fenouil* fenou fœniculum, *ſol* ſou ſolidus & *ſold* quod profertur *ſond*, excipit Morletus *Dal* dolus, & *eſcu ſol* aureus, *Saoul* ſatur & *aul*, I ſinale non proferunt *ſou. cu.* Beza fol. 16 & 65. Morlet fol. 5.

L. ſi duplex ponatur poſt i vocalem, ſive ſolam, ſive in Diphthongo, liqueſcit & mollem mădidum & blæſum quendam ſonum habet, Latinis quidem inſuetum, quem tamen Itali per *gl* exprimunt vt in *figliuolo*. Hiſpani per *ll* vt in *llamado* quaſi *liamado*. Proferunt itaq; ac ſi ſcribatur poſt *li* quo modo Angli pronunciant *ſcullion*, *Collier*. Sic efferuntur poſt. i. ſimplex *bille* globulus *fondilles* ſordes in fundo hærentes, *grille* craticula, *cheuille* cruca, *ſillon* ſulcus, *mergeſ. filler* nictare, *piller* populari &c. excipiuntur *ville* vrbs *tranquille* tranquillus. *Cavillation* cavillũ *eſtoille* ſtella, *anguille* Anguilla. atq; hinc ex ſono diſtinguimus, inquit Paſchaſius, inter *baller* tripudiare, *ballier* verrere, *bailler* porrigere, & *baailler* oſcitare. Beza fo. 29 Exceptio. li. 3. epiſt. 4

M: in fine dictionis ſive ſola, ſive ante aliam Conſonam, proferur vt *n*, nominatim verò in iſtis vocabulis *nom* nomen, *faim* fames, *haim* hamus, *dam* damnum, *daim* dama, *champ* campus, *temps* tempus, *compte* computum vt differat a Conte Comes ait Beza, item in initio vt, *damnifier*, *calumnier*, *contemner*, quæ tamen Paſchaſius vult pronunciari. excipe ante m vt *emmonceller* coacervare, ante b: vt *embellir* decorare, ante. p. vt *emplir* implere. Beza fo. 30 fol. 70: Lit. fol. 164

N: ſilet in tertijs pluralibus in *ent* vt ante dictum eſt in litera e.

P: ante aliam conſonantem ſilet vt *ſept* ſeptem, *temps* tempus. In fine etiam quieſcit, idq; in Pauſa aut periodo vt *loup* lupus, excipiuntur *coup* ictus, *ſep* vitis *beaucoup* multum, *trop* nimis, & tamen dicimus *trop haute* ſine p. Beza 70. Morlet. 6.

Q: in *Que qui qui* ſonat vt K. u quieſcente vt *quatre* tanquam *Katre* &c.

R: in fine ſemper proferur vt *aimer*; quanquam hoc negat Stephanus qui pro Beza 33.

aller

fol. 5. Pilet. 12. Beza. 34.

aller dehors exire foras, legit *alle* dehors, similiter & Serreius.

In medio à delicatulis Parisianis mulierculis (ac si sororiæ essent literæ) vertitur in S, vt pro *pere* dicunt *pese*, *mese*, *Masie* pro *Marie*, *Theodose* pro *Theodore*, & vice versa *cousin* pro *cousin*. Quomodo Romani *promiscuè* scribebãt *Valerius* & *valesius*, *honor* & *honos*.

R: si geminetur horrificum quiddam & stridulum sonat, & fortiter efferenda est, vt *il ne gaigne guere qui va à la guerre*. non multum lucratur qui ad bellum proficiscitur.

De litera S. nihil certi præcipi potest, sæpissimè enim scribitur quando non profertur. hoc tamen tenendum est, proferri vt z. quoties in media dictione simplex inter duas vocales reperitur, ex qua prolatione, etiam cognatarũ vocum dignoscitur significatio. vt *poisson sans vin est poison* piscis sine vino venenum est. *Qui baise se baisse & qui embraße s'embraße*. qui deosculatur se demittit, qui amplectitur inardescit. Excipiuntur *resentir* & *resembler*. vt *il resent l' heresie* olet hæresin. *Il resemble a son pere* patrem suum refert.

3. Proferuntur.
- 1. *In nominibus propriis vt* Augustę, *excipiuntur*.
  - Basle *Basilea*: Crespin *Crispinus* Christ *Christus* Estienne *Stephanus*
  - Escoce *Scotia* Hierosme *Hieronymus* *Bellot & Beza fol. 79.* addũt Cosme *Cosmus*.
- 2. *In vocibus exeuntibus* in isme *vt* Iudaïsme *Judaismus*, *excipe* abismer *in voraginem abijcere*.
- 3. *In nominibus Sectarum vt* Atheiste *atheos*. Anabaptiste.
- 4. *In vocibus morem alicuius gentis significantibus, vt* à la Tudesq; *Belgico more*; guarguesques *novi habitus*. *Sic* Gregueſque, Barbarisque, Lourdesque, Moresque, Romanesque, Turquesque.

Quod si quis adhuc inter legendum circa dictionem aliquam dubius hæseriz, huius tabulæ vtatur auxilio quam subijcimus ex probatissimis authoribus collectam, ne quid vel a curiosis desideretur.

A

Steph. in Dictionario.

Acroister, cum significas accedere ad aliquem profers s. cum significas facere nõ sonat s.
Annaliste
Apostolique. at verò
Apostre non sonat s
Aposter
Apostume
Arriste
Asperges & asperger
Asperité. at aspre non sonat
Astres
Astester
Atheiste

B

Basque
Baste
Bastille
Bastion
Bastonnades at Bastion non sonat s.
Bestiole
Bestialité at
Beste
Bestail } non sonant s.
Besteleste.
Birrasque
Biscaye
Biscarié
Biscuit
Blaspheme
Besques
Brusque.

C

Camuristes
Caustique.

Celeſte
Chaſteté
Circonſtances
Ciſternes
Cliſtere
Coſtiller
Conteſter
Contreſcarpe
Croteſque.

D

Damaſquiner
Deſaſtre
Debuſquer
Deſeſperer

E

Embuſcade
Enregiſtrer
Eſcabeau
Eſcabreux
Eſcalade
Eſcamper
Eſcarbillat
Eſcarbot
Eſcargot
Eſcarlatin ab
Eſcarlade quod non ſonat S.
Eſcarpins.
Eſcarcelle.
Eſcopeterie
Eſcoüade
Eſpace
Eſpere
Eſperance
Eſprit
Eſquadron.
Eſtafier.
Eſtafe
Eſtamet.
Eſtimer
Eſtocade
Eſtomac

Eſtrade.
Eſtradiste
Eſtrapade
Eſtropiat
Evangeliſte.

G

Gaſtadere,
Geſtes
Guaſpiller.

H

Haſpin
Herboriſte
Hiſtoire.

I

à l'improviſte
Ineſte.
Inveſtiture à verbo veſtir quod non ſonat S.
Iuriſte
Inſques
Inſquiame
Iuſtice.

L

Lanſquenet.
Anglice Lance Knight.
Legiſte
Liſte
Limeſte
Leſte
Luſtre
Lourdeſque.

M

Maſque
Moſaic
Monſtrueux

Miniſtre.
Miſte.
Monſtre pro monſtro, nam pro luſtratione exercitus non ſonat S.
Moſquee
Moſquée.
Mouſtache
Mouſtele
Muſcade
Muſcadet
Muſe
Muſcles.

N

Nombriſme

O

Obeliſque
Oſtade.

P

Panſemiſte
Paſtorelle at in Paſtoreum aio Bovis non audiuus ſicut in paſtore.
Paſquil
Paſtel
Paſtenades
Peſte
Piſtem
Poſte
Poſtillon.
Poſtiler (non S)
Preſque at Servius non ſonat S.
Proſcrire, at eſcrire & deſcrire non ſonant S.

Q

Quaſtion.

	Sequeſtre	*Teſtament*
R	*Siniſtre*	*Teſton.*
	Suſpendre.	*Teſtonner.*
Reſte.		
Ruſtre	T	
Ruſtaud.		V
	Tempeſtatif	
S	*Tempeſte autem non*	*Veſtiaire*
	ſonat S.	*Veſtampana-*
Seneſtre	*Terreſque.*	*de.*

Reſecui multas dictiones, quæ à Latinis vocibus deductæ, earum etiam ſequuntur pronunciationem.

Beza 73: Steph. 9. T. in *et*, quicquid ſequatur, nũquam ſonat. In fine etiam quieſcit ante aliam Conſonantem. Excipit tamen Morletus monoſyllaba, vt *pet* crepitus, *guet* excubiæ.

Littleton. 174. X. in fine dictionum profertur vt S. vt *deux*, *ſix*. In medio ſonat vt z. vt *dixieſme* tanquam *dizieme*. Excipe *Soixante* Sexaginta, *lexive* lixivium; *Bruxelles* nomen civitatis, *complexion* vbi effertur ſicut. ſſ. vt *Soiſſante*.

Sonum ſuũ retinet in nominibus proprijs, vt *Zenxe*, et in vocabulis à Latinis vocibus derivatis, vt *expoſer*, *excuſer* &c.

Z poſt *e* index eſt maſculini generis, vt *sancéz* obiurgati, quod aliqui ſcribũt per S ſed accentuant è hoc modo *sancés*, vt differat á ſecũda perſona ſingularis præſentis *tu sances*. tu obiurgas, *mez*, *tez*, *ſez*, *lez*, *ſez*, *acces*, *axces*, *decez*, *procez*, efferuntur per e maſculinum.

Beza f. 63. Littleton f. 154. Diximus ſigillatim de conſonantium Quiete, & varijs earum Prolationibus. de Generali liqueſcentiâ in fine ante aliam conſonantem, hæc eſto regula: Primò, quoties duæ ſimul conſonæ ſcribuntur prior quieſcit, præſertim in plurali, vbi formativa litera ſingularis numeri retinetur vt *ſec ſecs*, *ſep ſeps*. *grief griefs*, *ſot ſots*. idq; ſit ne pronunciatio aſperior reddatur. Secundo conſonantes finales intercipiuntur, quoties dictio ſequens à conſonante inchoatur, vt *tout ce qui luit n'eſt pas or* omne quod ſplendet non eſt aurum. Vbi litera *t*, *ser* quieſcet.

Lib. 3. ep. 4. Cic. Tuſc. 1: Dicirq; Paſchaſius hanc conſonantium liqueſcentiam fluxiſſe à veteribus Romanis; apud quos idé fiebat. Hinc illud Ennij; *Egregiè cordatus homo catus Æliu Sextus.*

Exemplum

1. *Quatuor Liquidæ*, *l*, *m*, *n*, *r*, *vt* mon pere, *tamen l*, *in* il *quieſcit vt* il fault. *ingredam* i fault.

2. *Deſinentia in c*, *vt* avec moy. *non autem* ave-moy. *Similiter* froc, broc, loc, choc, bec, ſec, ſuc.

3. *Finiens in F vt* le meſchief fait à moy, le bœuf *d'Angleterre*.

4. *G in fine vt* le iou g de Chriſt eſt legier.

5. *Q vt* cinq cent, coq d'Inde.

6. *Poſtremo ſi interſpirationis punctũ intercedant*, *commata*, *cola*, *periodi & Pauſæ* ; : . ? !

De vocibus earumq; Affectionibus

CAP. 3.

EX vocalibus & consonis inter se coniunctis, conflantur syllabæ; ex syllabis deniq; fiunt voces. Nolumus hic Lectoris aures Grammaticorum definitionibus onerare.

Affectio vocis duplex est
- 1 Generalis est Accentus, sub quo etiam virgulam ⸗ vel Subvnionem comprehẽdemus.
- 2 Particularis est Euphonia, cui subserviunt in hac linguâ
  - 1 Aphæresis.
  - 2 Epenthesis.
  - 3 Syncope.
  - 4 Apocope.

1 De Accentu tradit *Stephanus* hanc generalẽ Regulam; Gallos vti accentibus frequentiùs in postremis vocum syllabis; vt *amôur*, *demáin*, *temporiſer*. In epist ad lect.

Secundò, litera silens & quiescens syllabam producit, ac si tonus circumflexus ibi audiretur ait Beza; proinde, ait Pilotus, literæ licet mutæ sint, non sunt tamen omnino supervacaneæ & ociosæ, nam & producunt syllabam, & discrimen significationis ostendunt, vt *Creme* cremor lactis, & *Creſme* Chrisma. *teſte* caput, *tete* vber, papilla. *beſte* bestia, *bete* beta. *maſtin* canis molossus; *matin* manè &c. Multis in locis 42. 71. 79. fol. 15.

Tertio, *é maſculinum* semper ad se rapit accentũ, vt *pieté* pietas; *nommément* nominatim. & præcedentem corripit. *E* verò *Femininum* syllabam præcedẽtem attollit, vt *âme* anima, *pére* pater. Steph. fol. 6 Morlet. Beza f. 78.

Quartò, tertia pluralis aoristi, penultimam videtur circumflectere vt *ilz aimêrent: Ilz conclûrent*. Sic Imperfectum Indicativi & Subiũctivi idem facit vt *ilz aimôyent* amabant, *aimerôyent* amarent.

2 Nota Subvnionis, quã Græci ⸗, Hebræi *Maceaph* appellant, hac virgulâ inter duas dictiones signatur -, & significat vel vocabulum compositum esse ex duabus dictionibus, vt *pont-leuis* pons versatilis, Quomodo Anglicè *Marie* (quem Græci φιλαίματον & Δυσμοχθηρον appellant) vocamus the bloud-thirstie, the teare-thirstie God: vel docet, dictiones illas vno tractu proferendas esse, vt *que-ſai-ie* quid facio, *venez-en*. adesdum, *Di-je* inquam. Serrenius fol. 8.

3 Euphonia occupatur vel circa facilẽ & lenem pronunciationem, quæ fit per Epenthesin soni literæ *e*, inter duas vocales, ad tollendum hiatum, præsertim inter *a* aut *e* finales, si *i*, *e*, aut *o* sequantur in ini io dictionis. atq; hinc est quod dicat *Beza*, mirum quiddam huic literæ accidere, vt vbi nusquã apparet, ibi tamen pronuncietur; hinc pro *parle il*, proferunt *parlet il*, *pro parlera*, *il*, *parlevat il-va il*, *vat il*. *dira on*, *diras on*. nisi malimus dicere *dira-lon*, *ira-lon*, *pleurer elle* pro *pleure elle*, *aime-ton* pro *aime on*. ramus tab. fol. 69. & 76 Beza 36. & 61.

Vel versatur Euphonia circa compendiosam pronunciationem, idq; vel detrahendo à principio per Aphæresin, quæ dictionem capite plectit; quod ferè fit in ista voce *eeſt*, vt *Stemme* hic homo, pro *eeſt homme*. *ſteure*, pro *eeſte heure*. Fr. Sch. fol. 32.

hæc hora, *ſta preſdinée*, pro *ceſte-apreſdinée*, hoc tempus pomeridianum, Sic Itali dicunt *ſto buon vin*, pro *queſto*. Angli *s'is*, pro *it is*.

Vel auferẽdo è medio dictionis *per* Syncopã, quod ferè fit in futuris verborum primæ coniug: *donra* & *dorra* pro *donnerai*, *amerrai* pro *ameneray*. *lerray*, pro *laiſſerai*. *demourray*, pro *demoureray*. *differray*, pro *differerai*. Sic *empriſe*, pro *entrepreſe*. *baura* autem pro *baillera*, proprium eſt vulgo Pariſienſium.

Beza: f. 83:

Vel tollendo aliquid à fine dictionis per Apocopam, vt *à vous*, pro *avez vous ſa-vous*, pro *ſcavez vous*.

Beza: f. 84:

De partibus orationis CAP. 4.

Partes orationis in hac linguâ ſunt.

- *Articulus.*
- *Nomen.*
- Pronomen.
- *Verbum, ſub quo Participium comprehendemus.*
- *Dictio, quæ omnes voces indeclinabiles complectitur.*

De Articulo.

Articulũ adhibẽt ad inflectenda nomina; in hoc imitati Hebræos & Græcos. Quocirca qui nõrit articulum inflectere, is omnia nomina quæcunq; fuerint, nouit inflectere, ait Pilotus:

Fol: 26.

Articulus eſt vel

- 1. *Enunciativus cui reſpõdet articulus Anglicus a eſtq; vel*
  - 1: *Maſculinus* Vn *vel* vng; *vt* vn homme *a man*: *Plurale* vns.
  - 2: *Fœmininus* Vne, *vt* vne femme *a woman*. *Plurale* vnes.
- 2. *Demonſtrativus cui reſpondet Anglicè*, the
  - Le, *vt* le pere *the father* *hæc ſimiliter mutuantur Galli a Latino Pronomine* Ille, *ablato à priori ſyllaba, ait Stephanus.* — *plurale* les.
  - La, *vt* la mere *the mother*, *hic ſimiliter ſit ab* Illa.

Fol. 17.

Inflectuntur autem Articuli auxilio & adminiculo Præpoſitionum.

In ſingulari

- 1: *De & Du ſervivunt Genitivo & Ablativo.*
- 2: *A Dativo, ſemper q; afficitur accentu gravi ſive ſit articulus, ſeu præpoſitio hoc modo à, interdum etiam ponitur loco* de, *vt* ie l'ay oui dire a mon pere, *ideſt*, de mon pere. *audivi à patre meo.*

Pilotus fol. 18.

Au, *inquit Stephanus, commune eſt Dativo Accuſ: & Ablat; vt* ie l'ay donnè au maiſtre *dedi magiſtro*. ie m'en vay au pais *egorus eo*. Il eſt au temple *eſt in templo*.

Fol. 19:

In plurali

- 1. *Des ſervis Genitivo & Ablativo, ait Bellotus, vt* les eſprits des hommes viennent des cieulx, *animæ hominũ de cœlis veniunt. interdum partitivè ponitur, & ſignificat aſſi dicerem* aucuns, *ait Stephanus, vt* Il y ha des hommes; *ſunt quidam hominum.*
- 2. Aux & ès *ſervivunt Dativo. Accuſ: & Ablativo; vt* aux ennemis *inimicis*. Chriſt deſcendit aux enfers; *Chriſtus deſcendit ad infernos*. Il eſt aux Champs, *vel ès* champs; eſt *in agris. & viri q; generi inſervit, ait* Ramus, *vt* donner aux hommes & aux femmes.

Fol. 19.

Nom:

Articulus Enũciativus flé inflectitur
- 1. *Masc:*
  - *Singularis*
    - *Nom:* vn *vnus*
    - *Gen:* d'vn *vnius*
    - *Dat:* à vn *vni*
    - *Accus:* vn *vnum*
    - *Ablat:* d vn *ab vno*
  - *Pluralis*
    - *Nom:* vns *vni*
    - *Gen:* des vns *vnorũ*
    - *Dat:* aux vns *vnis*
    - *Accus:* les vns *vnos*
    - *Ab:* des vns *ab vnis*
- *Fœm:*
  - *Sing:*
    - *Nom:* vne *vna*
    - *Gen:* d'vne &c.
  - *plur:*
    - Les vnes *vnæ*
    - Des vnes *vnarum*
    - Les vnes *vel* aux vnes *vnis*.

Articulus Demonstrativus flé declinatur.
- *Masc:*
  - *Nom:* le
  - *Gen:*
    - Du *ante consonantem, vt* du roy *regis*
    - De le *ante vocalem, vt* de l'immortel
  - *Dat:*
    - Au, *ante consonam, vt* au roy, *regi*
    - A le *ante vocalem, vt* à l'immortel
  - *Accus:* Le
  - *Ablat.*
    - Du
    - De le
    - *vt in Genetiva*
  - *Plur:*
    - *Nom:* Les.
    - *Gen.* Des.
    - *Dat:* Aux ades
    - *Accus:* Les.
    - *Abl:* Aux'es & des
- *Fœm:*
  - *Non:* La
  - *Gen.* De la.
  - *Dat:* a la
  - *Accus:* La
  - *Abla:* de la
  - *Pl:*
    - *Nom:* les
    - *Gen:* des
    - *Dat:* à les & aux / a des
    - *Accus:* les
    - *Ablat:* Des / Es: *in*
      - *En servis singulari, vt* en AEgypte; Es *verò plurali, vt* es deserts. Ramus 93.

Observandũ est hic, la
1. *Articulum esse, fœminini generis, vt* la pomme *pomum.*
2. *Relativũ, vt* où est ma robe? ie ne la voy pas. *ubi est vestis mea? ego illam non video.*
3. *Adverbium loci, & tum ferè accipiuntur* là *ibi, vel illuc.*

Sereius f. 8.

De Nomine CAP. 5.

Nomen est vel,
1. *Substantivum.*
   1. *Masculinum, vt* vn pere *pater.*
   2. *Fœmin. vt* vne mere *mater.*
2. *Adiectivum.*
   - *Masculinum, vt* bon *bonus*
   - *Fœmininum, vt* bonne *bona.*

Inflexio Nominum fit per præpositiones & articulos hoc modo.

Singularis:
- *Nom:* vn roy *vel* le roy *rex*
- *Gen:* d'vn roy *vel* du roy *regis*
- *Dat:* à vn roy *vel* au roy *regi*
- *Accus:* vn roy *vel* le roy *regẽ*
- *Vocat:* ô roy *vel* ô le roy ô *rex*
- *Ab:* d'vn roy *vel* du roy. *à rege*

Plurali:
- *Nom.* les rois *reges*
- *Gen:* des roys *regum*
- *Dat.* aux roys *regibus*
- *Accusat:* les roys *reges*
- *Vocat:* ô roys *ô reges*
- *Ablat:* des roys *à regibus*

Sig.

Sic fœminina variantur per articulos fœmininos. vt *vne royne* vel *la royne*, regina Gen: *d'vne*, *vel de la royne*, reginæ &c.

Accusativus sæpe est similis Nominativo, Ablativus autẽ Genitivo. Pilotus.

Plurale fit à Singulari addito vel.
1. S, *vt* roy *rex*, roys *reges*. homme *homo*, hommes *homines*.
2. X, *vt* Dieu, *deus*, dieux *dij*.
3. Z, *si singulare desinat in* è *masculinum*, *vt* littrè *literatus*, lettrez *literati*; *vel* S *addito accentu*, littrès, *vt antè dictum est in litera* Z.

Bellot. & Steph. f. 70 Excipiuntur Primo, ea nomina quæ desinunt in eisdem ipsis literis S, X, Z, in quibus Singulare & Plurale idem sunt, vt *le pais*, & *les pais*, regio regiones. *Le faix*, *les faix* fascis. & fasces. *le filz*, *les filz*, filius & filij.

Tab. f. 70: Secundò, *l*, finale ait Ramus mutatur in *aux*: vt *cheval*, equus, *chevaux*; *mal*, malum, *maux*; *metal*, *metaux* metallum.

Hæc à Bellot. excipiuntur in quibus etiam l, sonat.
Bal, bals, *tripudium*.
Cal, cals: *at Stephanus legit calle*, *callum in manu*.
